

se exclamavit, magnum sacerdotem corona triplici, & candi-
do amici deferri in cœlum, comitantium virguncularum cœ-
tu, & nubecula septem attonitis qui aderant, & quid esset con-
suetudinis, quarto post die, quantum itineris a mona dista-
bat, nunciis de morte ejus affertur, tempore, & habitu conve-
nientibus. Jo. Ant. Camp. in vita ejus.

Venerabilis, & Deo dignus Jacobus, Anconensis quon-
dam Episcopus, tum vero Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, pridie
Calendas Maii Romæ vita functus est. Quarto inde die,
id est, in festo sanctæ Crucis, cum Lugardis in Brabantia
esset, triginta diem itinere procul ab eo loco, in quo ille
defunctus est, rapti spiritu in cœlum, vidit eadem hora
animam ejus adduci in paradisum: eique spiritu gratulans,
dixit: Nesciebam, reverendissime pater, te e corpore decess-
sisse. Sed quando, oro, defunctus es? Respondit ille: Quar-
to abhinc die. Interim tres noctes, & duos dies exegi in pur-
gatorio. Tum illa admirans: Et quare, inquit, non statim ab
obitu mihi indicasti, ut fororum nostrarum precibus pœna
tua solverentur? Dominus, ait ille, noluit te contritari pœ-
nis meis, sed mea potius liberatione, & beatitudine exhilarari.

Tu autem paulo post me sequeris. His dictis, Lugardis re-
didit ad se, & diem mortis, itemque purgatorii ejus crucia-
tus, & in cœlos migrationem, fororibus cum ingenti exul-
tatione exponit. Thom. Brab. lib. 3. vita S. Lugard. cap. 4.
apud Sur. 16. Junii.

Cum Ammon Ægyptus decederet, animam ejus Antio-
nius Magnus dicitur in cœlum deduci visisse, divinis virtuti-
bus eam comitantibus, venerationeque, & stipitatione multa,
atque etiam ineffabili quodam hymnorum carmine profes-
quentibus. Et cum, qui tum cum Antonio erant, per consternationem
in aere suspicente, & rei tantæ faciem admiran-
tem causam ad eo requirerent; ille visum id haudquaquam oc-
cultum habuit. Et verba ejus reipsum sunt confirmata. Post-
quam enim ad Secti multo venerit, & tempus obitus Ammon
indicaverit, illud ipsum tempus esse cognovit, cum Antio-
nius stupore correptus in cœlos suspexit. Uterque sanè meri-
to beatus habendus: Ammon quidem; quod sic e vita presen-
ti sit abductus: Antionius vero, quod cum Deo ea visione
se dignatus: cum quidem inter utriusque habitacionis locum,
magnum intervallum, atque diem unum intercederet iter.
Niceph. Cal. lib. 8. hist. Eccl. cap. 47.

Cum beatus Episcopus Malachias, cujus vitam virtutibus
plena sanctus Pater Bernardus studiosè descripsit, iuxta
desiderium cordis sui in Claravalle beatam cœlo animam red-
didisset, offerens pro ejus transitu venerabilis Abbas hostiam
salutarem, gloriamque, Domino revelante, cognovit,
& eodem inspirante, sacrificio jam expleto, formam mutavit
orationis, & collectam intulit, quæ ad sanctorum Pontificum
celebritates, non ad commendationes pertinet defunctorum,
ita dicens: Deus, qui beatum Malachiam Pontificem Sancto-
rum tuorum meritis coequali, tribue, quæsumus, ut qui pre-
ciosa mortis ejus festa agimus, vitæ quoque imitemur exem-
pla. Deinde reverenter accedens sacra ejus vestigia devotissi-
mè osculabatur. Modum tamen, aut seriem visionis, nec
cuiquam aperire, nec in ejusdem Episcopi vita scribere ac-
cepit: hoc tantum respondens, cum plurimum super hoc
rogaretur, nimis ad propriam suipsum pertinuisse personam.
Nec sanè dubium, plura eum similia occultasse similiter, quæ-
cunque videlicet passus est Dominus occultari. Ex lib. 4. vita
S. Bern. apud Laur. Sur. 20. Aug. tom. 4.

Sancta Virgo Mechtildis, cum feria quarta post diem Pas-
chæ inchoaretur iste Missæ introitus: Venite, benedicti Pa-
tris mei, ipsa ingenti, & insolita quadam læticia repleta dixit
ad Dominum: O si una esset ex illis benedictis, qui hanc dul-
cissimam vocem tuam auditur sunt. Et Dominus ad eam: Cer-
to scias te unam ex illis esse. Et, ut nihil dubites, ecce ego do ti-
bi cor meum in pignus amoris, & in domum refugii, ut semper,
maximè que in hora mortis tuæ consolationem, & requiem in
illo invenias. Ab eo tempore cepit mira devotione erga cor
Jesu Christi affici. Unde & frequenter in simplicitate sua di-
xit: Si scribi deberent omnia bona, quæ a benignissimo
cordè Domini mei accepi, nullo quamlibet grandi volumine
comprehendere possent. Instante autem hora, qua migratura
erat ex hoc mundo, Dominus summæ majestatis Jesus eam lu-
mine divinitatis visus: totum illustrans, suavi, blandaque voce
invitavit his verbis: Veni, benedicta Patris mei, posside para-
ditum tibi regnum à constitutione mundi. Tunc nimirum ipse
Dominus commonefacit eam doni illius excellentissimi, quo
ante aliquos annos, cum eadem verba ad Missam cantaren-
tur, donaverat illi cor suum in pignus amoris. Igitur beata

illa anima in ipsum cor Jesu suavissimum admissa, sempiternæ
gloriæ, gaudiique cœlestibus feliciter fuit sociata. Ludovicus E
Blosius in Appendice de 4. sanctis feminis.

Refertur in vita SS. Martyrum Mariani, & Jacobi, S. Aga-
pius martyr apparuisse sancto Jacobo in carcere exiliensi,
per quietem, velut solemne quoddam, & læticia plenum ag-
itans convivium. Quò cum ipse, & Marianus quasi ad aga-
pien spiritu dilectionis, & charitatis raperentur, accurrebat illis
obvius puer, quem constabat esse alterum ex geminis ante
triduum cum matre passis, corona rosca collo circumdatus,
& in manu dextra palmam viridissimam præferens, & quo
properatis? inquit, Gaudete, & exultate: cras enim nobis-
cum & ipsi cœnabitis. Laurent. Sur. to. 2. in vita SS. Mariani,
& Jacobi martyrum.

Dum in monte Casinate Ignatius Lojola est, Hozius (cui
Patavium una, cum Joanne Codurio provinciam obdigisse di-
ximus) excessit e vita, consummatumque in brevi implevit tem-
pora multa. Qui cum vivus nigellus esset, ac deformis, tantum
decoris, ejus mortui ori, splendorisque additum est, ut ani-
mum Codurii satiare illius non posset adfectu, nullum in-
veniendi illum finem faceret, magna animi læticia, lachrymarum
que abundantia. Hujus mortem multo ante Ignatius vitam
divinabat, qui etiam in monte Casinate, ubi D. Benedictus vi-
dit Germani Capuani Episcopi animam in sphaera ignea ab
Angelis in cœlum ferri, ipse & animam illius clarissima luce
circumfusam, in cœlumque penetrantem vidit: & animam
Hozii esse cognovit. Deinde etiam cum rei sacra daret ope-
ram, & in generali confessione, quæ ante Missam præmittitur,
ad illa verba pervenisset: Et omnibus sanctis magnam victori-
am numerum fulgentem gloria ante oculos positum vidit,
inter quos & Hozius aderat splendidiore, quam reliqui, habi-
tus, gloriaque multo illustriore, non quod fuerat ille ceteris
aut beatorum esset; sed quod Deus gloriam hominis per infi-
griorem hanc formam competant Ignatio, ut ipsem referere-
bat, testatamque esse voluisset. Qua ex re, tanta animi læticia
completus ejus animus est, ut per multos dies suavissimum ex
recordatione fletum reprimit non posset. Petrus Ribaden. in
vita S. Ignatii lib. 2. cap. 12. Petr. Messius eod. lib. cap. 6.

* SANCTORUM SCIENTIA IN COELO.
Ac primum

RERUM COELESTIUM.

Cum Sancti in cœlo Deum videant, in quo beatitudinis
totius summa est: Deus enim quamvis ubique sit, tamen pro-
priè in cœlo esse dicitur, quia per sui manifestationem illic se
presentem ostendit, & ab his videtur qui cœlesti mansione sunt
digni; vident in illo, quid quidem ad statum coelestem sunt
perfectionem pertinet. Sciunt igitur, & vident abque velami-
ne, quod dum hic viverent, sive dumtaxat apprehenderunt,
quæ in hoc statu evacuatur. Quod Apostolus insinuat, vide-
mus inquit nunc, id est, in hac vita, per speculum, creatura-
rum, phantasmatum, & mysteriorum humanitatis Christi, in
enigmate, id est, per obscuram orationem, & apprehensio-
nem. Videmus inquam, Deum, & divina. At tunc facie ad fa-
ciem, hoc est, perfectè cognoscemus, & intuebimur Dei ef-
sentiam, ejusque mysteria, sicut ipse intuetur, & cognoscit ef-
sentiam nostram. Tunc inquit Chrysol. cognoscemus practi-
cè, & accurremus ad Deum per amorem. Idque eo perfectio-
nis gradu, ad quem nos ab æterno prædestinavit. I. Cor. 13.

RERUM TERRENARUM.

Id est, earum, quæ geruntur apud nos.
Angeli cognoscunt ea, quæ apud nos fiunt, quod & conce-
dunt Hæretici, & probatur clarissimis Scripturæ testimoniis.
Primo, quia cognoscunt nostras orationes, & illas Deo of-
ferunt, ut de se fatetur Angelus Raphael Tob. 12. his verbis:
Quando orabas cum lachrymis, ego obtuli orationem tuam
Domino. (Vide Augustinum epist. 120. ad Honoratum cap. 29.)
Et de alio Angelo legimus Apocal. 8. 3. Alius Angelus venit,
& stetit ante altare, habens thuribulum aureum: & data sunt
illi incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium
super altare aureum, quod est ante thronum Dei. Et ascendit
fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Ange-
li coram Deo.

Secundo, cognoscunt internam conversionem, & peni-
tentiam peccatoris, Luc. 17. 7. Dico vobis, quod plus gaudii
erit in cœlo super uno peccatore penitentiam agente, quam
super

super noverginta novem justis, qui non indigent penitentia,
& infra v. 10. Ita dico vobis gaudium erit coram Angelis Dei
super uno peccatore penitentiam agente.

Tertio, cognoscunt omnem cultum, quem Deo exhibemus.
Psalm. 137. In conspectu Angelorum psallam tibi. Usitata est
in Scripturis, facere aliquid in conspectu Dei, in conspectu
Angelorum, in conspectu hominum, id est, inspiciente Deo,
Angelis, hominibus. Quemadmodum loquendi usurpat etiam
Calvinus 1.4. Inscr. c. 14. §. 1. cum ait, nos in usu, seu perceptione
Sacramentorum, testari coram Angelis nostram erga Deum
pietatem.

Quarto, cognoscunt habitum, & honestatem mulierum in
publicis conventibus, ubi fit oratio I. Cor. 11. §. Omnis autem
mulier orans, aut prophetans non velato capite, deturpat ca-
put suum. Et infra v. Ideo debet mulier velamen habere supra
caput propter Angelos, vel, ut alii legunt: ideo debet mulier
potestatem habere supra caput propter Angelos. Utriusque
tamen idem sensus est, quasi dicat: Mulier cum orat, debet esse
velato capite propter Angelos, ut habeat illos testes, & in-
spiciens sui pudoris, & obedientiæ erga virum.

Etiam alii sancti eadem cognoscunt, quæ Angeli, quoad ea,
quæ apud nos geruntur.
Joannes in Apocalypsi expressè tradidit, Sanctos in cœlo non
solum cognoscere nostras orationes, sed etiam Deo offerre.
Nam c. 5. §. habet. Et vidi in dextera sedentis super thronum,
librum scriptum intus, & foris signatum sigillis septem. Et vi-
di Angelum fortem prædicantem voce magna: Quis est di-
gnus aperire librum, & solvere signacula ejus; & nemo po-
terat neque in cœlo, & neque in terra, & neque sub terra a-
perire librum, neque respicere illum. Et ego sebam multum,
quoniam nemo dignus invenit esse aperire librum, nec vi-
dere eum. Et uno de senioribus dixit mihi: Ne flevieris: Ecce
vicit Leos de tribu Juda, radix David, aperire librum, & sol-
vere septem signacula ejus. Et vidi, & ecce in medio throni,
& quatuor animalium, & in medio seniorum, Agnum stan-
tem tanquam occisum, &c. Et venit, & accepit de dextera se-
dentis in throno librum. Et cum aperuisset librum, quatuor
animalia, & viginii quatuor seniores ceciderunt coram A-
gno, habentes, singuli citharas, & phialas aureas plenas o-
dorematorum, quæ sunt orationes sanctorum. Hic S. Joan-
nes describit visionem, quam habuit in raptu, quæ erat hujus-
modi. Deus pater sedebat in throno cœlesti, & tenebat in
C manu dextera librum septem sigillis signatum, quem nemo po-
terat aperire, seu interpretari, nisi Christus, qui est Agnus pro
nobis occisus. Cùm ergo is librum aperuisset, adoraverunt il-
lum quatuor animalia, & viginii quatuor seniores, quæ habe-
bant phialas aureas plenas odorematorum, quæ sunt oratio-
nes sanctorum. Igitur per viginii quatuor seniores intelli-
guntur Sancti Veteris, ac Novi Testamenti, qui tunc temporis
cum Christo erant in cœlesti gloria: non quidem omnes, sed
præcipui. De quibus hæc traduntur. Primo, quod fuerint
amici vestibus albis (cap. 4.) Secundo, quod habuerint au-
reas coronas in capitibus (ibidem.) Tertio, quod fuerint
redempti sanguine Christi ex omnibus, & lingue, & popu-
lo, & natione (cap. 5.) Quarto, quod præter illos fuerint
multi alii Sancti in cœlo (cap. 7.) Igitur hi seniores, qui
tunc erant cum Christo, habebant in manibus phialas au-
reas plenas odorematorum, quæ sunt orationes Sancto-
rum, id est offerrebant Deo orationes eorum, qui in hac vi-
ta mortali debebant: non secus quam Angeli, qui idem
præstant.

EXEMPLA VIVENTIUM, IN QUIBUS
EA SCIENTIÆ PRÆROGATIVA FUIT.

Primo, SAMUEL cognovit omnia, quæ erant in corde
Saulis. Reg. 9. Et respondit Samuel Sauli, dicens. Omnia,
quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et deasimus, quæ nu-
disertius perdidisti, non sollicitus sis, quia inventæ sunt.

ELISEUS scivit omnia, quæ à satulato absente erant per-
petrata. 4. Regum 5. Et dixit Eliseus, unde venit Giezi? Qui
respondit: Non ivit servus tuus quoquam. At ille ait: Nonne
cor meum in presenti erat, quando reversus est homo de
curru suo in occurrum tui? Nunc igitur accepisti argentum,
& accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas, & oves, &
boves, & servos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhære-
bit tibi, & semini tuo usque in sempiternum.

De quo ita S. Augustinus lib. 22. de Civitate Dei cap. 29. Si

Propheta ELISEUS puerum suum Giezi absens corpore vidit
accipientem munera, quæ dedit illi Naaman Syrus; quanto
magis Sancti videbunt omnia, etiam unde sunt corpore absen-
tes; Tunc erit perfectum illud, de quo loquens Apostolus:
Ex parte inquit, scimus, & ex parte prophetamus: cum au-
tem venerit, quod perfectum est, evacuabitur, quod ex parte
est.

Ipse Eliseus sciebat omnia secreta consilia regis Syriæ, &
revelabat ea Regi Israel 4. Reg. 6. Rex autem Syriæ pugnavat
contra Israel, consiliumque inivit cum servis suis, dicens: In
loco illo, & illo ponamus insidias. Misit itaque vir Dei ad
Regem Israel, dicens: Cave, ne transcas in locum illum, quia
ibi Syrii in insidiis sunt. Misit itaque Rex Israel ad locum,
quem dixerat ei vir Dei, & præoccupavit eum, & obviam
se sibi, non semel, neque bis. Conturbatumque est cor regis
Syriæ pro hac re: & convocatis servis suis ait: Quare non in-
dicatis mihi, quis proditor mei sit apud Regem Israel? Di-
xique unus servorum ejus: Nequaquam, Domine mi
Rex, sed Eliseus Propheta, qui est in Israel, indicat Regi
Israel omnia verba, quæcumque locutus fueris in conclavi tuo.

DANIEL quoque sciebat occultum somnium Nabucho-
donosoris, & interpretationem illius. Dan. 2. Et dixit rex Da-
niel: Putasne, vere potes mihi indicare somnium, quod vidi,
& interpretationem ejus? & respondens Daniel coram Rege,
ait: Mysterium, quod rex interrogat, sapientes, magi, arithi, &
aruspices nequeunt indicare Regi. Sed est Deus in cœlo re-
velans mysteria.

S. PETRUS Apostolus sciebat etiam occultam fraudem
Ananias, & Saphiræ circa pretium agri, Ab. 5. Vir quidam
nomine Ananias cum Saphira uxore sua vendidit agrum, &
fraudatus est de pretio agri, conscia uxore sua: & adreus
partem quandam, ad pedes Apostolorum posuit. Dixit au-
tem Petrus: Anania, cur tentavit Satanah cor tuum, men-
tiri te Spiritui sancto, & fraudari de pretio agri? Omitto
multa similia.

Siguitur Samuel, Eliseus, Daniel, Petrus, & alii potue-
runt in hac vita mortali cognoscere occulta consilia, con-
atus, & actiones aliorum, etiam absentium; certe poterunt,
& nunc cognoscere, cum in cœlo sunt. Nec enim verissimi-
le est, in exilio fuisse melioris conditionis, quam nunc sint
in patria: Et remotos à conspectu Dei cognovisse multa ex
Dei revelatione, quæ nunc in aula, & præsentia Dei co-
guntur ignorare. Absit, reclamat enim bonitas Dei, recta
ratio, & exemplum viginii quatuor seniorum, de quibus
suprà.

Reduci poterunt ad locum præsentem nonnulla ex Locis
de Beatitudine, Gloria cœlesti, Purgatorio, Con-
fessione peccatorum, &c. Resurrectione.

* ORATIO SANCTORUM.
PRO NOBIS ORANTI.

Omnes Sancti, ait Origenes hom. 3. in Cantica, qui de hac
vita discesserunt, habentes adhuc charitatem erga eos, qui in
hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutem eorum, & ju-
vare eos precibus suis, atque interventu suo apud Deum, non
erit inconveniens. Scriptum est enim in Machabæorum li-
bris: Hic est Hieremias Propheta, qui semper orat pro
populo.

Hieronymus contra Vigilantium c. 3. Dicit inquit, in libello H
tuo, quod dum vivimus, multo pro nobis orare possimus:
postquam autem mortui fuerimus, nullius sit pro alio exau-
dienda oratio; præsertim cum Martyres ultionem sui sangui-
nis obsecrantes, impetare non quierint. Si Apostoli & mar-
tyres adhuc in corpore constituti possunt orare pro cæteris,
quando pro se adhuc debent esse solliciti, quanto magis post
coronas, victorias, & triumphos? Unus homo Moyses sexcen-
tis millibus armatorum impetrat à Deo veniam, & Stephanus,
imitator Domini sui, & primus martyr in Christo, pro perfo-
ratoribus veniam deprecatur: at postquam cum Christo esse
ceperint, minus valebunt? Paulus Apostolus ducentas septua-
ginta sex sibi dicit in navi animas condonatas: & postquam
resolutus esse ceperit cum Christo, tunc ora claturus est
pro eis, qui in toto orbe ad suum Evangelium ceciderunt,
mutare non poterit.

Augustinus in expositione Psalm. 83. sub finem: Dominus nos-
ter JESUS CHRISTUS adhuc interpellat pro nobis. Omnes
Martyres

Martyres, qui cum illo sunt, interpellant pro nobis. Non transeunt interpellationes ipsorum, nisi cum transferit gemitus noster.

Sed exemplis res demonstratur. Constat sane, ANGELOS non solum generari, sed etiam in causis, ac necessitatibus particularibus nostri curam gerere, & pro nobis orare. Patet ex illo Zacharie 1. Respondit Angelus Domini, & dixit: Domine exercituum, curat quod tu non misereris Jerusalem, & urbium Juda, quibus iratus es? iste jam septuagesimus annus est. Ubi orat Angelus pro restauratione Jerusalem, & aliarum urbium, quae tempore captivitatis Babylonicae fuerant à Nabuchodonosore vastatae.

Paret etiam ex aliis Scripturae locis, ubi Angeli deiecerunt nostras orationes offerre Deo, Tob. 12. Apoc. 8.3. Nam ex ipso quod nostras orationes Deo offerunt, censentur etiam suas adungere, ut nostrae facilius à Deo exaudiantur.

Et Daniel. c. 10. introducuntur quatuor Angeli, quorum unus erat Princeps Perfarum, alter Graecorum, tertius captivorum in Perfidis quartus populi Dei, singuli gerentem curam eorum, quos habebant sibi commissos. Denique probati post ex illis, locis ubi agitur de custodia Angelorum.

B Hieremie 15. Dixit Dominus ad me, si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Ergo Moyses, & Samuel jam mortui poterant, & solebant orare pro populo Judaeorum unde patet falsum esse in Scripturis non haberi, quod Sancti mortui orent pro vivis.

2. Machab. 17. Judas in visione quadam videt Omnia Pontificem, & Hieremiam Prophetam, qui jam obierant, orantes pro populo Judaeorum, ad quem locum nihil habent, quod respondeant haeretici, nisi hunc librum non esse Canonicum. Apocalyp. 5. Describuntur 24. seniores prociidisse coram throno Dei, de quibus ante.

Et c. 6. Anima Sanctorum Martyrum magno clamore petunt vindictam de interfectoribus suis: ergo multo magis petunt de fratribus suis.

Apostolorum Princeps pollicetur se fore memorem Christianorum, post discessum suum ex vita. Epist. 2. c. 1.

NOS JUVANT.

C Vide multa, quae in loco de S. Maria dicta sunt. Ubi de illius obsequiis, beneficiisque tam corporalibus, quam spiritualibus. Item in loco de Reliquiis multa, & in f. de isdem plerumque. Consule etiam ea, quae paulo ante adduximus.

SANCTORUM INTERCESSIONE PRAESTITA BENEFICIA CORPORALIA.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Promittit Dominus Ezechiae se servaturum Jerusalem propter se, & propter David servum suum. 4. Reg. 19.

APOSTOLI à muliere Chanaanica rogati filiae ejus à Christo Domino impetrant, ut à daemonio liberetur. Matth. 15.

Seniores Judaeorum ad Christum à Centurione missi ejus servo jam mortuo prosperam valetudinem consequuti sunt. Luc. 7.

HISTORICA.

Sanctus Maternus Trevitorum Episcopus, Agrippinae Coloniae Ecclesiam primus pastor dignis gubernaculis rexit; cuius vitam multis clarissime virtutum gestorum ejus scripta commemorant. Hujus sedis Antistes nobis cognitorum tertius, S. Severini Confessoris Christi successor, nomine Evergastus, quadam die cum capitis dolore nimium cruciatus, ad memoriam beatorum martyrum Gereonis, & sociorum ejus oratum accederet, & adhuc in sancti illius thesauri indicium fastidium nullum excelleret, vericulus in laudem Sanctorum dici solitum. Exultantibus sancti in gloria, ingrediens in Ecclesiam inchoavit: cui protinus ex illo venerabili sanctorum aditu responsum est: Ierabuntur in cubilibus suis. Quod cum Pontifex stupescere audiret, laudem Deo repente cum omnibus, qui aderant, exclamavit, & appropinquans de loci ipsius pulvere capiti suo salutarem remedium apposuit, & confibrato cum summa reverentia loco recessit. Helinaud. in bist. martyrii S. Gereonis, & aliorum Theodor. martyrii. Sur. 5. O. Hobb. 10. Bredemb. Coll. fact. 1.4. c. 35.

Cum die quadam more solito in litaniis, quae ab omnibus Major appellatur, Leo Pontifex procederet, ubi sibi populus obviam sacra religione occurrere deberet, ut secundum annum consuetudinem litaniarum, & Missarum solemniam cum Sacerdotibus celebraret, & omnipotenti Domino pro salute Christiani populi preces funderet, & cum secundum olitanam traditionem sanctae Ecclesiae Rom. in Ecclesia beati Georgii Christi martyris, in ejus natali, ipsa litania praedicata fuisset: omnes, tam viri, quam foeminae, devota mente catervatim in Ecclesia beati Christi martyris Laurentii, quam Lucina dicunt, five ad craticulam, ubi Collecta praedicata erat, occurrerunt. Et cum praedictus venerabilis Pontifex à Patriarcho egressus fuisset: obviam illi sine Planeta Paschalis Primicerius occurrit, & in hypocrisi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus sum, & deo sine planeta veni. Tunc sanctissimus praesul veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sacellarius, qui in ipsorum dolositate patet in Pontificali obsequio pergentes, & dulcia verba, quae non habebant in pectore cum eo loquentes, maligni, & iniqui, ac perversi, falsique Christiani probris Paganis, filii diaboli, prostris in unum fe Sathanae colligentes: pleni iniqua cogitatione, in ipso itinere, ante monasterium Sanctorum Stephani, & Sylvestri, quod Dominus Paulus Papa fundaverat, clam armati adfiteret, atque repente de loco insidiarum exilientes, ad ipsum (quod dictu nefas est) trucidandum, absque reverentia confluerunt, Paschale ad caput stante, & Campulo ad pedes, secundum iniquum ipsorum consilium. Quo facto, omnis, qui circa eum erat, populus, cum esset incernis, & in divino officio preparatus, timore armorum perterritus in fugam conversus est. Ipsi vero insidiatores atque operatores malorum, Judaico more, sine ullo divino, vel humano honoris intuitu, sereno more comprehendentes in terram proiecunt, & absque ulla misericordia scindendo, spoliando eum, crudeliter oculos evulserunt; & ipsum penis necare conati sunt: nam & lingua ejus ab ipsis praecisa est, & ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, caecum eum, & mutum in media platea dimiserunt. Verum ipsi maligni Paschalis, & Campulus, sicut veri pagani, & impij ad ipsius monasterii Ecclesiam ante confessionem eum trahentes, ante ipsum venerabile altare iterum oculos, & linguam amplius crudeliter eruerunt, & plagis cum diversis, ac subitibus cadentes lanaverunt, & semivivum in sanguine revolutum ante ipsum altare dimiserunt. Postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimiserunt. Timore autem perterriti, ne à Christianis hominibus inde furatus esset, tunc malignum consilium adepti, sic ut ipse Hegumenus monasterii S. Gerasimi profectus est, fecerunt eum ad se venire clam per noctem, tam Paschalis malignus, qui tunc primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, & Maurus Nepehus, & miserunt in praedictum monasterium S. Sylvestri cum pluribus iniquis consentaneis ipsorum malefactoribus; sic eum per noctem exinde abstrahentes deduxerunt in monasterium S. Gerasimi, & in arcta, & angusta custodia cum recluserunt. Sed Dominus omnipotens, qui eorum malitiam praesciendo, diu patienter sustinuit, ipsos eorum iniquos conatus mirabiliter destruxit. Contigit enim cooperante Domino, & beato Petro Apostolo susfragante, quod antedictus Papa cum ab ipsis carnificibus in monasterium S. Gerasimi in custodia mitteretur, & visum recepit, & lingua ad loquendum ei restituta est, ut ostenderet omnipotens Dominus super suum famulum solitam misericordiam, & magnam miraculum, & divino ejus nutu à fidelibus Christianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & aliis fidelibus Deum timenibus, ex ipso cum clausuro occulte auferentes in basilicam B. Petri Apostolorum Principis, ubi ejus sacratissimum corpus quiescit, deduxere. Ex Anastas. Baron. tom. 9. ann. Dom. 799. 1. 2. 3.

In conventu fratrum Minorum Neapoli, cum quidam frater, Robertus nomine, cecus plurimis annis extitisset, crevit in oculis ejus caro superflua, motum, & usum impediens palpebrarum. Cum igitur frater forenses ad diversas mundi partes tendentes, ibidem plurimi convenissent, beatus Franciscus speculum obedientiae sanctae, ut eos miraculo novitate hortaretur ad iter, praedictum fratrem ipsi praesentibus tali modo curavit. Jacobat nocte quadam frater praedictus Robertus aeger ad mortem, jamque fuerat anima sibi commendata, cum ecce adfuit ei beatus pater cum tribus fratribus omni sanctitate perfectis, videlicet Sancto Antonio, Fratre Augustino, & Fratre Jacobo de Assisio, qui sicut eum perfectè fuerant secuti dum viverent, ita & ipsum alacriter comitabantur post

post mortem. Accipiens custellum Sanctus Franciscus car-nem superflua rescevit, lumen restituit pristinum, & à mortis eum fauce reduxit, dixitque illi, fili Roberte, gratia, quam tecum feci, signum est fratribus ad remotas regiones cunctiarum, quod ego praecedam eos, & ipsum dirigitam gressus. Vadant, inquit, gaudentes, & invidiam obedientiam alacri animo insequantur. D. Bonaventura. Alos. Lipom. miracul. S. Francisci. Sur. tom. 5. O. 104.

Anno Dom. Urbanus Papa (inquit Petrus Diaconus de viris illustribus monasterii Cassinensis) cum ad dictum monasterium venisset, confueto sibi dolore lateris gravissimè vexari cepit. Itaque cum in vigiliis sancti Patris Benedicti, nempe decimo tertio Kalendas Aprilis, eodem languore cruciaretur, & de praesentia corporis ipsius, dubitaret: eidem Sanctus per visum apparet: Cur, inquit, de mei corporis praesentia dubitas? Ad quem ille: Tu quis es? Ego, inquit, sum frater Benedictus. Ne autem ultra hinc dubites, & me hic requiescere certissime noveris: Cum primò fratres ad nostrum Synaxim surrexerint, statim à lateris dolore liber eris; & his dictis evanuit. Hora igitur constituta sanus effectus Oduvium Abbatem vocat, scrupulum exponit, panditque miraculum. Surgamus, inquit, & gratias Deo referamus: Et his dictis, quae sibi Pater Benedictus referat, aperuit. Incredibile continuo oritur omnium gaudium, & de tanti Pontificis sanitate, tanto miraculo, talique visione consummata verbes Deo cum lachrymis gratias referunt. Petrus Diaconus in auctorio ad Chron. Cassinens. lib. 4. c. 2. Baron. tom. 2. ann. Dom. 1088. 5.

Sub annum Dom. 1022. Henricus nonus Imperator, ordinatis negotiis suis, ad monasterium Cassinense una cum Benedicto Romano Pontifice venit. Arctus doloribus tunc Imperator vexabatur, atque ut ipse postmodum retulit, licet monasterium nimium afficeretur, & nusquam se terribilibus, venerabilibusque Oratorum vidisse fatetur; saepe tamen scrupulo non parvo movebatur, a pater Benedictus corporaliter hoc in loco quiesceret. Cum igitur pater dolore nec plene vigilans, nec integrè dormiens, quendam pateretur excessum, apparuit ei beatus Benedictus, atque ad eum quasi visitatus accedens; ubi pateretur, quaevis. Cui languorem penitus confiteri: Scio, inquit, Benedictus, te, an hic quiescam, haec dicens dubitaret, sed ut nullo humilissimi scrupulo ultra movearis, nempe quae corpulolum hoc in loco quiescere certus noveris, hoc tibi signum erit: Cum primo mane surrexeris, in egestione urinae tuae tres simul emittes grandiculos lapides, & ex tunc dolore isto nunquam ultra detineberis. Ego autem sum frater Benedictus. His dictis evanuit: evigilans Imperator continuo surgit, ac juxta visionis seriem sanitati pristinae redditus, Deo, ac etiam patri Benedicto gratias retulit. Chron. Cassinens. Leon. Ostiens. lib. 4. c. 42. & 43. Baron. tom. 11. ann. Dom. 1022. 12. 13.

Cum Quintianus Tyrannus inter alia tormenta sanctae AGATHAE mamillam torqueret, & deinde eam amputari iussisset, dixit ei sancta Agatha: Impie, & crudelis tyranne, non erubuiti, haec facere foeminae, & mamillam, quam in matre tua luxisti, amputare; Sed tamen etiam externam mamillam abscidisti, habeo aliam in anima mea, quam non poteris excindere: est enim oblata Christo Deo meo à tenera aetate. Iratus autem rursus Quintianus iussit eam abduci in carcerem, jubens, nulli ex medicis permitti ad eam ingredi, & nec panem ei dari, nec aquam. Ea autem ingressa custodiam, circa mediam noctem in lenis similitudine apparuit ei Apostolus Petrus: quem praecedebat puer ferens lampadem in manibus plurima habens medicamenta, & sedens esse Medicum, & talibus verbis cum alloquens. Impius quidem tyrannus, flagellis in te usus, nihil profecit: tua autem fortitudine, & constantia eum magis labefecisti. Quamobrem mamillam tuam non solum iussit torqueri, sed etiam fecit abscindi. Quare anima ejus afflictorum dolore in aeternum. Cum autem adflem in illa hora, in qua haec passa es, & animadvertis vidissem fieri posse, ut tua mamilla sanaretur, ea de causa huc veni: Dicit ei S. Agatha. Meo corpori nullam unquam adhibui medicinam: & nunc turpe esse existimo, morem bonum, qui ab incaute aetate est confirmatus, interire. Senex vero respondens, dixit ei: Ego quocumque sum Christianus, & confidens te posse à me curari, ea de causa veni ad te. Sed ne me revertearis. Sancta autem respondens dixit ei: Et quomodo fieri poterit, cum tu sis senex, & longaevis: ego autem sum puella, ut ostendam tibi corpus perditum tormentis; Sed sinam potius haec vulnera mentem meam pungere, quam, quod mihi probro futurum esset, impudenter mea aperiam

ulcera. Quamobrem ago tibi gratias, venerande pater, quod dignatus sis ad me venire propter hanc corporis cruciationem. Et Scias verò, quod medicamenta ab hominibus composita corpori nunquam meo admovebantur. Respondens autem senex dixit ei: Cur non finis me te curare? Dicit ei Sancta: Quoniam habeo Dominum meum, Jesum Christum, qui solo nutu curat omnia, & verbo suo facit prostratos surgere. Ipse, si velit, potest me quoque conservare, quae sum indigna ejus ancilla. Tunc senex subridens, dixit ei: Ipse quoque me misit ad te, & ego sum ejus Apostolus. Vide autem teipsum, quemadmodum sis curata. Hac vero cum dixisset, evanuit ab ejus oculis. Tunc precans dixit sancta Agatha: Ago tibi gratias, Domine mi Jesu Christe, quod dignatus sis mei recordari, & ad me miserum tuum Apostolum, qui me corroboravit, & renovavit membra mea. Dum autem ipsa implectere preces, adspiciens suum corpus invenit curata sua vulnera: & mamillam sanam redditam sicut prius. Tota vero nocte lux circumdedit custodiam, adeo ut praer illuminatione custodes fugerint, & apertum carcerem reliquerint. Qui autem illic erant condemnati, cum viderent, quod factum fuerat, dicunt S. Agatha: Ecce portae sunt apertae, & nemo est, quae custodiat: egredere, & fuge. Respondens autem Sancta dixit ei: Absit, ut ego prius corona meorum certaminum, & custodes carceris concitiam in periculum. Habens enim adjutorem Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei vivi, ad finem usque permanebo in ejus confessione, qui me curavit. Metaphr. in vita ejus apud Sur. 10. Febr. ex altis ejus.

In Catalonia apud Ilerdam accidit, virum quandam nomine Joannem, beato Francisco devotum, quodam forte per quandam incedere viam, in qua pro inferenda morte latebant insidiae, non quidem ipsi, qui inimicitias non habebat, sed cuidam alteri, qui videbatur similis ejus, & tunc erat in comitatu ipsius. Exurgens autem quidam de insidiis, cum hostem suum hunc esse putaret, ita lethaliter cum plagis plurimis gladiavit, ut nulla proflus superesset spes recuperandae salutis. Si quidem primo inflata percussio humerum cum brachio penè totum absciderat, & ictus alius sub mamilla tantam reliquerat aperturam, ut flatus inde procedens circa sex candelas simul junctas extingueret. Cum igitur consilio medicorum, ipsius impossibilis esset curatio, pro eo quod putrescentibus plagis, ex eis fator tam intolerabilis exhalaret, ut etiam ipsa ejus uxor vehementer horret, nullisque jam humanis juvari posset remediis, conuertit se ad sancti Francisci patrocinium, quanta poterat devotione postendum, quem inter ipsos ictus una cum beata virgine fidelissimè invocavit. Et ecce misero in lectulo calamitatis solitario recubanti, cum Francisci nomen ejulans, & vigilans frequentius invocaret, additit quidam in habitu fratris Minoris, per fenestram, ut ei videbatur, ingressus, qui vocans eum ex nomine, dixit: Quia fiduciam habuisti in me, Dominus liberabit te. A quo cum aeger, quis esset, requiret, Franciscum ille se esse respondit: Et statim approprians, vulnerum illius ligaturas resolvit, & cum unguento per omnes plagas, ut videbatur, perunxit. Statim autem, ut sensit illam sacrarum manuum, stigmatum Salvatoris virtutem valentium, suavem contactum, expulsa putredine, restituta carne, & vulneribus solidatis, restitutus est aeger pristinè sospitatus. Quò facto beatus abscessit, & ipse sentiens se sanatum, & in vocem divinae laudis, & beati Francisci ita terumperumpens, vocavit uxorem. At illa celeris currens, & stare jam videns, quem sepeliendum credebat in crastino, H cum esset stupore vehementer perterrita, viciniam totam clamore complexit. Accurrerunt autem sui: cum illum niterentur quasi phreneticum in lecto reponere, & ille econtra renitens, assereret, & ostenderet se sanatum, tanto sunt stupore attoniti, ut quasi sine mente omnes effecti, phanta sicum esse crederent, quod videbant, quia quem paulo ante confixerant plagis atrocissimis laniatum, & totum jam marcidum, plena cernebant incolumitate pueundum. Ad quos ille, qui factus fuerat sanus: Nolite timere, inquit, nolite credere inane, quod carnitis; quia S. Franciscus modo à loco recessit, & illarum sacrarum manuum tactu me integrè ab omni plaga curavit. Crebrescente autem hujus fama miraculi, accelerat populus omnis, & videntes in tam aperto prodigio stigmatum S. Francisci virtutem, admiratione simul, & gaudio replebantur. Christianique signiferum magnis laudum praeconiis extollebant. D. Bonav. Alos. Lipom. de mirac. S. Francisci apud Sur. tom. 5. 4. O. 103.

Tempore, quo Gallus Arvernem regebat Ecclesiam, GREGORIUS

GORVUS Turo in adolescentia degens graviter aegrotabat & hic ab eo plerumque dilectione unica visitabatur, eo quod patris ejus esset. Erat autem valde cum nimia stomachi pituita, ac febre valida. Interea advenit parvulo desiderium, & credo inspirante Deo, ut ad beati Iliidii basilicam deportaretur, illa usque manibus puerorum ad ejus tumulum facta oratione cum lachrymis, levior se sensit esse, quam venerat. Sed domum reversus iterum à febre corripitur. Quadam vero die cum gravius agere cœpisset, eumque febris asperior solito aggravaret; & utrum evaderet, admodum dubitaretur, accedens genitrix ejus, ait ad eum: Mœstum hodie, dulcis nate, sum habitura diem, cum te talis deficiat febris. Cui ille, nihil, inquit, obsecro, contristeris, sed ad sepulchrum me remitte beati Iliidii Pontificis, credo enim firmiter fore, ut virtus ejus, & tibi lætitiā, & mihi sospitatem tribuat. Tunc Sancti deportatus ad tumulum orationem fundit, spondens prostratus sponte, si eum Antistitis sui virtus ab hoc periculo liberaret, clericum se futurum: nec prorsus moraretur, si deprecatio obtineret effectum. Hæc effatus sensit protinus deponere febrem, vocatoque puero, domum se reportari deprecavit. Cuique in recubitu, ubi tunc fuis epulabantur, suis lecto illatus, erumpente è naribus sanguinis copia febris simul, cœruoque defluxit. Quod meritis beati Confessoris præbitum habetur probatum. *Greg. Turon. in vita S. Iliidii libro de vita Patr. cap. 2. Sur. tom. 4. Julii 7.*

Cum per universam provinciam Siciliæ beatissimæ Agathæ fama crevisset, & Syracusanus populus per millia fere quinquaginta ad urbem Catanensem scitenter pergeret ad sepulchrum sanctæ Agathæ Virginis venerandum, contigit, Luciam virginem venerabilem, nobilissimam Syracusanorum, simul quædam festivitatis invitante peregre cum matre EUTYCHIA, quæ ætatis quatuor sanguinis fluxum patiebatur, & nullo medico tum poterat remedium liberari. Igitur dum processionis mystricia agebantur, hæc Evangelii lectio fuit recitata, qua legitur fimbria vestimenti mulier à sanguinis fluxu liberata. Jæd dum hæc lectio recitatur, dixit sancta Lucia matri suæ: Si credis, mater, his, quæ leguntur, crede Agathen passam pro Christi nomine hoc meruisse, ut semper in præsentia habeat eum, pro cuius nomine passa est. Contingente ergo sepulchrum ejus, & liberaberis. Igitur cum peractis omnibus populis abscessisset, prostraverunt se ante sepulchrum sanctæ virginis mater, & filia, & cooperunt cum lachrymis flagitare suffragium. Interea dum orationis prolixitas tenditur, virgo Lucia somno corripitur, & videt in somno beatam Agathen in Cœnoio Angelorum, geminis ornatam stantem, & dicentem: Soror mea Lucia, virgo Deo devota, quid à me petis, quod ipsa poteris præstare continuo? Nam & matri tuæ fides tua subvenit, & ecce salvata es. Et sicur per me Catanensem civitatis sublimatur à Christo; ita per te Syracusana civitas decorabitur: quia jucundum Christo in tua virginitate habitaculi præparasti. His auditis, expergefata furrexit tremens, & ait matri suæ: Mater mea, mater mea, ecce sana facta es. Per ipsam te deprecor, quæ te salvavit suis orationibus, ne tu mihi aliquando sponsum nomines, & ne velis de mei corporis posteritate fructum immortalitatis inquirere: sed omnia, quæ daturæ eras mihi ad corruptionis mee auctorem hominem morturum, da mihi eunti ad integritatis mee auctorem Dominum Jesum Christum. *Lauren. Surius in vita S. Lucie Virg. martyris. 13. Decemb.*

Sabatæ, ubi Præcursoris corpus humatum dicitur, Lucas Evangelista dextram ex Prophætæ corpore manum detraxit, secumque Antiochiam deportavit, ubi plurima designavit miracula. Inter quæ draco erat in sinibus illis latitans, quem civis Deum arbitrari anniversario facio hominem per Grædanicam sortem delicto colebant. Accidit dein progressus temporis ut Christianum fors attingeret, qui draconi VIRGINEM pubertatis annos ingressam filiam suam victimam obiceret. Draco quippe è spelunca sua prorepans, ut inexpectatum subito portentum parebat, atque immane hians victimam hauriebat, ac dentibus horrendum in modum discerebat. Quapropter virgunculæ parens Deum, diuque Joannem multas lachrymis deprecatus, filiam uti suam à tam atrocis, & infami letho eriperet, hujusmodi artificium comminificavit. Imperat potestatem colendæ sanctæ Præcursoris manus: quam dum osculatur, clam dentibus pollicem morsu avellit, desideratoque pignore potius templo egreditur: dieque sacrificii destinato, populo frequentissimo filiam patrem apparet, proximumque jam draconi postquam illum aperto ridu hiantem vidit, hostiamque anhelantem sacrum illum digitum in medias hiantis fauces comiecit, quo ille

bono repente interemptus concidit, paterque filiam necato dracone vivam retulit, ingenque miraculum, atque genus liberationis admiranter publice prædicavit. Populus insitatis facti portentum attonitus, perlocutus Deo, & Dei prodromo Joanni gratis, magnificentissimam ædem suis sumptibus exadificavit. *P. Matth. Roderus in Menæo Græcorum.*

Præsentis quodam tempore apud Burdegalensem urbem domus unâ ignibus comprehensa vehementer cœpit exuri: Cuique flammis hinc, & inde spantiatibus, alie domus huic discrimini subjacerent, nec dubium easdem hujus fomitis calore depasit, congregatus in circuitu populus nomen beati Martini cœpit attentius invocare, & ne vicinas domos virtus ejus exuri permitteret, cum lachrymis deprecari: Sicque ad elevatam vocem deflentem cœpit crepitus flammæ discedere. Aquæ illis clamantibus ad cœlum, advenit subito: An fuisse impariente præsidium, collisumque supplici oratione incendium relictum plebs per lachrymas, quod nequeverat superare per undas. *Greg. Tur. l. 4. mirac. S. Mart. c. 46. & Bibl. Pat. t. 8.*

Ann. Dom. 993. cum admirandæ flammarum eruptiones è monte Vesuvio contigissent: crebra quoque per diversas provincias civitatum incendia, prodigiolaque contingerent: Cùm & Romana confligente urbe, Basilica Vaticana incendi cœpta, divinitus est liberata. Sed audi Glabrum ipsam hujus temporis scriptorem. Contingit, inquit interea penè universitas Italiae, & Gallia civitates ignium incendiis devastari, ipsamque Urbem Romanam maxima ex parte igne cremari, quod dum fieret, beati Petri Ecclesiæ signa idem ignis arripuit: cœpitque sub æreo tabulata consumendo lambere ligna: quod cernens universa hominum multitudo, quæ aderat, nullam omnino compescendæ cladis artem reperiens, conversi unanimes voce clamantes terribili, ad ipsius Apostolorum Principis concurrere confessionem, & cum imprecantes, si non pervigil propriæ foret ad præsens defensor Ecclesiæ, multo in orbe terrarum à fidei professione decedere. Statim verò vorax flamma abiectis deserens trabes disparavit. *Ex Glabro Rodul. Baron annal. Eccl. tom. 10. ann. Dom. 993.*

Quodam die cum GUNTERAMNUS Bolo contra vicum Ambianensem Ligierum fluvium transierat, ac irrucientibus tenebris mundum nox horribilis retinebat: subito adversante vento nauæ turbantur in pelago, separatisque navibus, quæ pontem illius sustineant, & aqua usque ad summum repletis, descendunt cuncti usque ad cingulum, cum G. ipsis navibus, in profundum, nequaquam tamen navibus subductis à pedibus, exterritisque omnibus, Bolo non raris vociferans beati Martini auxilium implorat, & ut eum ad liberandum festinus occurreret, precabatur fidenter, dicens suis: Nolite timere: ego enim, quod dextera sancti viri ad nobis auxiliandum maxime in necessitatibus sit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo navibus, mutatoque vento contrario in secundum, nullo periculis pervenit ad litus, ubi tam præsens occurrit beati confessoris suffragium, ut etiam argentum, quod rapiente fluvio perdidit, denuo fluvio in litus restituerent, recipient. *Greg. Turon. hist. lib. 5. c. 25. Baron tom. 7. sub an. Dom. 581. 14.*

Quodam tempore accidit, ut vir quidam de Monacho, qui duos habebat parvulos diutissime infirmatos, & tandem ut ad beatum Fiacrum duceret, jumento imposuit, unum ante, alium retro; medius verò ipse sededit: Et cum iter aggressus pervenisset ad pontem, qui dicitur rapidus, jumentum suum pedem offendit, & in fluvium corruit, cum patre, & filiis clamantibus, sanctæ Fiacri, succurre nobis, & cum rei exitus à circumstantibus prærolaretur: subito pater emerit, & filii. H. Aqua insuper duorum hominum longitudine profunda de calcabilem patri præbit, qui filios dextra, lævaque arripiens sine difficultate ad terram reducit, sanctum asserens sibi adfuisse Fiacrum. *Surius tom. 4. Aug. 30.*

Anno Domini millesimo tertio, Sylvestri Papa secundi tempore increbescente impiorum tyrannide, contigit Petrum venerandum Abbatem monasterii Sublacensis in carcere conici, & à beato Nicolao ibidem visitari: Quod ita in Chronico ejusdem monasterii narratur: PETRUS stertius hujus nominis, sed vigesimus secundus Abbas Sublacensis fecit in monasterio libros, paraturos optimas, hereditatis multas acquisivit. Postea captus, & in castrum, quod dicitur Moticellus, ductus in vinculis alligatus est. In quibus cum jaceret, meruit à sancto Nicolao visitari in sue sanctæ festivitatis die; à quo omnia vincula ejus dirupta sunt; nam idem

Abbas

BENEFICIA SPIRITUALIA ACCEPTA EORUNDÈM INTERCESSIONE

Abbas devotissimè sancto obsequabatur Nicolao. Cùmque custodibus ab eodem Abbate acceptum beneficium nunciatum esset, duplicata sunt vincula super eum, & sustentatus est, ibi paucis tribulationis, & aqua angustie per aliquod tempus. Hoc autem patiebatur, quod castrum Arsale dictum noluit dare fenioribus illis. *Baronius tom. 11. Annal. ad an. 1003. 18.*

Cùm Lemovicensis regionis nobiles inter se contenderent, quidam è pago Nobiliaco beato Leonardo devotus, & à quodam nequissimo tyranno captus esset. Is veritus, ut postea ipse narravit, ne sanctus Leonardus homini opularetur, ita apud se cogitabat. Si hunc hominem ferro constringerem, prosum metuo, ne amittam illum: Ut enim apud ignem cera, sic ad B. Leonardi nutum colligescit ferrum, si cippo pedes ejus includerem, aut in custodiam eum detrusero, nihil certior ero: eadem enim illic quoque Leonardus vis est: planè anxius sum, quid agam hoc homine, & à quo mille solidos, si redimi velis, extorquere constitui; sed scio tamen, quid faciam. Jubebo foveam profundissimam in intima turri meæ fieri, in eamque illum compedibus, manibusque ferreis colligatum demergam. Necdum enim sanctus Leonardus sub terram se demisit: & quamvis fortassis catenas ferreas dissolvat, hominem tamen è specu subterraneo educere nequibit. Porro etiam ad os B. foveæ arcem ligneam amovebo, & in ea jubebo excubare milites noctes, ac dies, qui eum custodiant. Fecit ergo hæc omnia lævus homo: sed tamen efficere non potuit, ut licet in tenebris, & magnis catenarum angustis esset, spem, & fiduciam vinculis abiceret, seque à beato Leonardo creptum iri dubitaret; quem etiam custodibus audientibus crebro invocabat, simul orans Dominum, ut per eundem Confessorem suum Leonardum se liberaret. Ecce autem quodam nocte præ lassitudine illo obdormit, sanctus Leonardus cum multa luce adeft, vertit arcem, in qua milites inerant, cosque sub eam ecum mortuos deprimis inde descendit in foveam, alta voce appellat hominem: Dormisne, inquit, an vigilas? En adsum Leonardus, quem petisti. Expergefatus homo, visa luce immanis, ait ad eum: Domine, adjuva me. Confestim dirupit catenas, & instar luti dissipatis, propriis unis è turri eum exportat: ambulansque cum eo, familiaria miscet colloquia, ut inter se amice solent: tandemque Nobilia cum perducit, ubi extrâ periculum fuit. Sole oritur, exponit vicinis, quæ passus sit à tyranno, quid beneficii à sancto Leonardo accepisset. Mirantur omnes, & incredibili gaudio, & læticia afficiuntur. *In vita ejus apud Sur. tom. 6. Nov. 6. cap. 10.*

Illud non arbitror omnitemum, quod expertum valde cognovimus, quid in rebus perditis apud sanctum patronum Julianum martyrem fidelis deprecatio consequatur. Ad festivitatem enim beati martyris devotus PAUPER advenerat, laxatorem quoque sacrum ingressus est eadem, ac vigilis immobilis in stans, noctem cum cætoris orando deduxit: lucefcente vero celo, ad metatum regressus caballum, quem reliquerat, non invenit: quævisque diuissimè, nec signa quidem inquam partem discerneret, agnovit. Transacto igitur biduo iterum recurrit per saltus, percurans à locorum incolis, si forte aliquid, aut teneret captum, aut capi vidisset ab aliquo. Nul- lum dehinc indicium reperiens, anxius, atque mœstus ad sepulchrum sancti regreditur, ibique causas doloris, ac meritoris exponens ajebat: Ad tua, Sancte, limina veni, nihil aliud quam parvitas mee vota deferre, nihil injustè abstuli, nihil gestum indignum tua solemnitate: cur, inquam, perdidisti rem meam? Rogo, ut restituas amicum, ut necessarium reddas. Hæc stetit addito ajens, ut egressus est templum, conspicit eminus à quodam viro suum equum retineri. Ad quem accedens, dum discit, unde sit, aut unde venerit, aut ex quo tempore hunc habeat equum, didicit ipsa hora eum fuisse reperitum, quæ ille beati Martyris imploravit auxilium. *Greg. Turon. lib. 2. mirac. c. 21.*

Beata Agnes parentibus ad ejus sepulchrum assidue vigilantibus, quadam nocte choro virginum comitata eum apparuisse, sic eos locuta dicitur: Ne me parentes mortuum lugeatis: nam unum cum his virginibus vivo audire in oculis, quem in terris tota mente dilexi. Cùm aliquot post annos CONSTANTIA Constantini Imperatoris filia, instans ubi leucri medicinam quærens, nondum Christiana ad idem sepulchrum accessit, obdormiens sibi audire vifa est vocem hanc Agnetis: Constante æge, Constantia; crede in Jesum Christum Filium Dei, qui te sanam faciet. Quæ facta, paulò post unâ cum multis ex familia Imperatoris baptismum suscipiens, ibi Ecclesiam nomine B. Agnetis edificavit. *Beol. Bre. Rom. 28. die Januarii.*

Cùm in monasterium sancti Patris nostri Sabæ profecti fuissetis ad Abbatem Athanasium, narravit nobis fenex dicens: Cùm essem in monasterio Penthucula, presbyter quidam erat ad baptismi ministerium CONON nomine, Alexandrinus genere, quem pro vitæ merito Patres jufferant, ut baptizaret accedentes. Ipse igitur sancto chrismate ungebat, & baptizabat eos, qui ad hoc veniebant. Quoties ergo mulierem inungeret, scandalizabatur, atque ideo ex monasterio abire volebat. Cùm autem, in cogitatione agiatur, assistebat ei S. Joannes Baptista, dicens: Tolera, & persevera; ego te de hoc bello liberabo. Quadam vero die venit puella ex Persie, ut baptizaretur, quæ adeo speciosa erat, ac tanta pulchritudinis, ut non posset Presbyter nudam eam sancto oleo inungere. Cùm sic vero puella illic mansisset duos dies, audiens hoc Archiepiscopus Petrus, oblitusque de se ne vehementer, voluitque ad hoc opus delegare diaconissam mulierem, sed id non fecit, ne contra canones fecisse videretur. Conon vero Presbyter, sumpto melote suo, recessit dicens: Jam non amplius remanebo in loco. Cùm ergo recessisset ad colles, ecce fessus Joannes Baptista illi obvius factus est, & tranquilla voce affatus est illum, dicens: Revertere ad monasterium tuum, & hoc te bello liberabo. Abbas vero Conon ait illi cum indignatione, Vere non revertar. Ecce jam toties pollicitus es mihi istud, nec fecisti. Tunc sanctus Joannes cum sedere fecit, amotisque vestimentis ejus signavit eum ter signo Crucis sui umbilico, dixitque ei: Crede mihi, presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari: sed quia non vis, ecce abstuli à te hoc bellum; mercede autem hujus operis carebis. Reversus presbyter in cœnobium, ubi baptizare confueverat, in crastinum undam puellam baptizavit, neque penitus animadvertit eam esse mulierem. Implevit autem, & alios annos duodecim in baptizandi ministerio tanta tranquillitate animi, & corporis, ut nullum ultra sentiret carnis motum, cum inspiceret, ac tangeret mulieres. Atque ita in pace consummatus est. *Sopbron. in prat. Spirit. cap. 3.*

Narravit nobis & hoc Abbas Menos ejusdem cœnobii Patrem, audisse se Abbatem Eulogium Alexandrinum Patriarcham, dicentem: Cùm profectus essem Constantinopolim: fructus sum contubernio Gregorii Romani Archidiaconi summi, & singularis viri, narravitque mihi de sanctissimo, ac beatissimo LEONE Romano Pontifice, dicens: haberi ferunt in Ecclesia Romana, quod cum scripserit epistolam ad sanctum Flavianum Constantinopolitanum Episcopum, contra impios Eutychem, ac Nestorium, posuerit eam super tumulum Principis Apostolorum Petri; & orationibus, ac vigilis, & jejuniis vacans, oraverit ipsum summum Apostolum, dicens: Si quid ut homo, vel nimis cautè posui, vel etiam omisi, tu, cui à Domino Deo Salvatore nostro Jesu Christo, & sedes hæc, & Ecclesia commissa est, emenda. Post quadraginta vero dies apparuit ei Apostolus oranti; & dixit ei, Legi, & emendavi. Sumensque Epistolam de sepulchro B. Petri, aperuit eam, & invenit Apostolica manu emendam. *Item ibid. cap. 174. apud Baron tom. 6. an. Dom. 440.*

Theodorus sanctissimus Episcopus Dornæ civitatis, quæ in Libya est; narravit nobis; dicens: Cùm essem eubicularius sancti Papæ Eulogii; vidi in formis virum reverendi habitus, & statura procerum, dicentem mihi: Nuntia meum Eulogio Papæ adventum. Ad quem ego; Quis es, Domine, qui jubes, ut nuntiem? Respondens ille dixit mihi: Ego sum Leo Romanus Pontifex. Ingressus igitur ego nuntiavi, dicens: Sanctissimus, & beatissimus Papa Leo Romanæ sedis Antistes convenire vos vult. Cùm hoc audisset Papa Eulogius, exurgens concitus cucurrit in occursum ejus, salutansque invicem, oratione facta, resederunt. Tunc verò divinus, & eximius Leo dixit sancto Eulogio: Scis, quare venerim ad vos? Respondit ille: Non. Ait ipsi: Veni; ut vobis gratias agerem, quia rite, & magnificè pro Epistola mea respondistis, quam scripseram ad Fratrem meum Flavianum Constantinopolitanum Patriarcham, sensum meum, & sententiam meam quidem aperientes, hæreticorum ora autem obstruentes. Scito autem, frater, quia non mihi tantum vestrum divinum laborem, studiumque contulistis, sed etiam supremo culmini Apostolorum Petro, & ipsi præ omnibus, quæ à nobis prædicatur, veritati, quæ est Christus Deus noster. Ita non semel tantum, sed bis, terque conspiciens; trina apparitione firmatus

enar-

enarravi sancto Papae Eulogio. Qui cum ad viseret, lachry-

Fuit quodam vir in ordine suo primarius nomine MARI-

Non solum qui assidue Romam plis solius Petri pote-

Francisco, cognomento Martingus, homo non ignobilis, nec

Dicit me servum eorum, quia scio, & veteratit scio, quod

naasterio volens, Deus ostendere, quantum intercessione ho-

Cum Saraceni favirent in Ecclesiam Cordubensem, inter

Basilides fuit unus ex his, quibus implere spiculatoris of-

niam, & contumeliam libidinosis gladiatoribus illam fe-

Circa an. Dom. 304. passus est quoque Cezareus in Cappa-

SANCTOS ESSE CIVITATUM
Catholicum defensorum.

resoluta: sed utrumque sic declinavit, ut cetero muro ex-

Ann. Dom. 1099. cum exercitus Christianorum oppugna-

Circa an. Dom. 845. cum Hastingus Dux Regis Northman-

Chuni in Gallia irruptionem meditantis, erat apud A Tungros oppidum, Servatus eximie sanctitatis Episcopus, qui vigiliis, ac jejuniis vacans, crebro lacrymarum imbire perfusus, Domini misericordiam precabatur, ne unquam gentem hanc incredulam, seque semper indignam, in Gallias venire permitteret. Sed sentiens per spiritum, pro delictis populi sibi hoc non fuisse concessum, consilium cepit, ut exeret Urbem Romanam, scilicet, ut adjunctis sibi Apostolicæ virtutis patrocinii, qua humiliter à Domino flagitabat, mereret facilius obtinere. Accedens ergo ad beati Apostoli tumulum deprecabatur auxilium bonitatis ejus in multa abstinentia, maxima inedia se consumens, ita ut bido, triduoque sine ullo cibo, potuque maneret, nec esset intervallum aliquod, in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem multorum dierum spatio in tali afflictione moraretur, fertur hoc à beato Apostolo accepisse responsum: Quid me, vir sanctissime, inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsus sanctum est, Chunos in Gallia advenire, eosque maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium, accelera velociter, ordina domum tuam, sepulchrum compone: require linteamina munda. Ecce enim migrabis à corpore, nec videbunt oculi tui mala, qua facturi sunt Chuni in Gallias, sicut locutus est Dominus Deus noster. Hoc à sancto Apostolo accepisse responso susceperat accelera, Galliasque velociter repetit, veniensque ad Urbem Tungrorum, que erat necessaria sepulturae loco, citius levavit: Valeque dicens Clericos, ac reliquos civibus urbis, denuncia cum fletu, & lamentatione, quia non visuri essent ultra faciem illius. At illi cum ejalatu magno, & lacrymis eum prosequentes, supplicabant humiliter prece, dicens: Ne derelinquas nos, pater sancte, ne obliviscaris nostrum, pastor bone. Sed cum eum fletibus retinere non posset, accepta benedictione cum osculis abierunt. Hic vero ad Trajectensem urbem accedens modica pulsatus febre decessit à corpore, ablatumque à fidelibus, juxta ipsum aggerem publicum est sepultus. Chuni itaque à Pannonis egressi, ut quidam ferunt, in ipsa sanctæ Pasche vigilia, ad METENSEM urbem, reliqua depopulando, perveniunt, tradentes urbem incendio, & populum in ore gladii trucidantes, ipsosque facerdotis Domini ante sacrosancta altaria perimentes. Nec remanent in ea locous inustus, præter Oratorium B. Stephani primi martyris, ac Levitæ: de quo Oratorio, quæ à quibusdam audiri narrare non distuli. Ajunt enim priusquam hi hostes venirent, vidisse se unum fidelem in visu quasi conterritum cum sanctis Apostolis Petro, & Paulo beatum Levitam Stephanum de hoc exordio, ac dicentem: Oro, Domini mei, ut non permissis obtentu vestro Metensem urbem ab inimicis exuri: quia locus in ea est, in quo parvitas meæ pignora continentur, sed potius sentiant populi, aliquid me posse cum Domino. Quod sit tantum facinus populi supervenit, ut altus fieri non possit, nisi civitas tradatur incendio, saltem vel hoc Oratorium non cremetur. Cui illi ajunt; Vade in pace, dilectissime frater, Oratorium tantum eum carere incendio: pro urbe vero non obtinebitis; qui Dominicæ sanctiōnis super eam potentia jam processit: invaluit enim peccatum populi, & clamor malitiae eorum ascendit coram Deo: idcirco civitas hæc cremabitur incendio. Unde proculdubio est, quod horum obitu, urbe vastata, Oratorium permansit illesum. Greg. Turon. lib. 2. hist. Franc. c. 5. §. 6.

Robertus Guiscardus Northmannorum Princeps, post captum Salernum Campaniam invasit, & inde à Gregorio VII. Romano Pontifice cæsus recedens, Beneventum obsedit. De quo hæc Leo Ostiensis scribit: Robertus Campaniam expugnaturus ingreditur. Ista ubi Gregorio Pape nuntiata sunt, Ducem Robertum, ac Ghuilulphum Principem Salernitanum à liminibus Ecclesiæ separans collecto exercitu adversus eos ire disposuit. Quod postquam Duci nuntiatum est, concitè una cum Principe Capuam remeant, & Dux quidem Beneventum, Principes vero NEAPOLIM obsidere cepit. Neapolitanis autem Principibus timore percussis omnipotenti se Deo intentum commendabant, ut eos à potestate Principis clementissima miseratione dignaretur eripere: cumque civitas eadem acerrimè oppugnaretur, sanctus martyr Christi Januarius, & Abbates alii à principe sæpe conspiciebantur armati per castra discurrere. Putans autem Episcopum esse, interrogabat; cur contra ordinem suum ad pugnam cum lancea secutus exiret? Cui Archiepiscopus respondens: Ego, inquit, ictu viri illustrissime conspicis, multis jam diebus ager in seculo decubo, ille autem armatus quoniam sit, ipse videris. Scias tamen sanctum Januarium hæc protegere civi-

tatem. Princeps verò dicitis ejus detogens fidem, urbem oppugnare perhibebat. In ea verò obsidione, cum prius ab excommunicatione absolutus esset, defunctus est. Successitque ei Jordanis filius. Leo Ostiens. lib. 3. c. 44. Baron. tom. 1. ann. Dom. 1074. 42.

An. Dom. 845. gens Northmannica in Galliam irrumpens Parisios usque pervenit, monasteriumque beati Germani Parisiensis depopulata est. Quorum Dux, Ragenarius nomine, sub Principe Borico hanc devastationem peragens, dum ante dictum Principem suum se jactaret opulentissimum regni Caroli acquisisse, & monasterium almi Germani devastasse, & quod ibi majorem mortui, quam vivi virtutem haberent, nullumque sibi restitisse præter Germanum senem mortuum: continuo expertus virtutem beati viri concidit, ac post triduum exspiravit: non solum ipse, verum etiam ceteri raptores, & violatores sancti loci dyfenteria morbo perierunt. Aimon. de gesti. Franc. lib. 5. c. 20. Baron. tom. 10. an. Dom. 845.

Non absimile est, quod D. Gregorius in suis Dialogis refert, Valeriz provinciam (inquit) Longobardis intrantibus, ex monasterio reverendissimi viri Equitii in beati martyris Laurentii oratorio ad sepulchrum ejus tugerunt. Cumque Longobardi favientes Oratorium intrasset, ceperunt eisdem quædam ad gladiis necarent: quorum unus ingemit, atque acri dolore commotus clamavit: Heu, heu, sancte Equiti, placeat tibi, quod trahimur, & non nos defendas? Ad cuius vocem protinus favientes Longobardos immundus spiritus invasit. Qui conruentes in terram tamdiu vacati sunt, quousque hoc cuncti, etiam qui foris erant Longobardi, cognoscerent, quatenus locum sacrum temerare ulterius non auderent. Sique vir sanctus dum discipulos defendere, etiam multis post remedium illius fugientibus præstitit. D. Gregor. lib. 8. Dialog. c. 4.

SANCTORUM AUXILIUM IN BELLO.

Ex S. SCRIPTURA. Judas Machabeus contra amplissimum Nicanoris exercitum cum paucis dimicaturus, videt OMNIA Pontificem orare pro populo: Judæorum: & deinde Jeremiam gladium sibi porrigentem; quo deesturum esset adversarios suos.

EX HISTORIIS.

Tempore Leonis IV. anno salutaris 845. Saraceni navibus G evechi circa littora Tuscie maxima damna intulere quibusdā civitatibus. Deinde Romano portui applicantes, spe potius urbis Romam tendebant, sed Romani urbem munium. Quare fiducia obtinenda urbis deposita, cuncta, quæ extra civitatem erant, diripiunt: Ecclesias spoliant, & incendunt; Ecclesiæ S. Petri vastantur, & altari sacro profanato, quæ ad ornatum Ecclesiæ erant, abradunt: atque omni spoliis abeunt: Neapolitanos javadunt, & cæteros illius oræ maritimæ. Leo statim cum Ludovico Augusti auxiliis Ostiam proficiscitur cum hostibus dimicaturus, suos sanctissimus Pontifex ad communionem adhortatur: orationem deinde ad Deum his verbis habuit: Deus, cujus dextera B. PETRUM ambulante in fluctibus, ne mergeretur, erexit, & coapostolum ejus PAULUM tertio naufragantem de profundo pelagi liberavit, exaudi nos propitius, & concede, ut amborum meritis, horum fidelium tuorum brachia contra inimicos Ecclesiæ tuæ sanctæ dimicantia; omnipotenti dextera tua corroborentur, ut de recepto triumpho nomen sanctum tuum in cunctis gentibus gloriosum appareat. His dictis statim facto signo Crucis, pugnandi copiam fecit: qui tunc pugnam iniierunt, ac si victoriam certò sibi promissam haberent. Tandem post longum, & acce certamen hostes superantur, fuganturque. Multi in ipso perire, plerique vivi capti sunt, & Romam perducti. Joan. Nere. tom. 2. chronogr. Gen. 2. ad an. 846.

Anno Dom. 915. Græcis, Latinitque quotidie constantibus, Deo miserante, Panorum ne unus quidem superstit (ita vocati Saraceni, qui ex Africa venerunt) qui non aut gladio trucidaretur, aut vivus continuo caperetur. Visi sunt autem à religiosis fidelibus in eodem bello sanctissimi Apostoli PETRUS, & PAULUS, quorum precibus credimus Christianis meritis, quatenus Penos fugarent, & ipsi victoriam obtinerent. Luitprand. lib. 2. c. 14. Bar. 10. an. Dom. 915. 2. Thom. Bozjus lib. 17. de sig. Eccl. cap. 7.

Anno Dom. 844. qui & secundus Regni Raminiri, five Ramiri Regis Ovcti in Hispania regnavit numeratur, contigit ad-

admira illa, omnium celeberrima, omni scriptura genere celebrata victoria adversus Saracenos obtenta divinitus, cum præcipuis Hispanorum Patronus sanctus JACOBUS, percipiens omnibus, vii pollicitus fuit, visus est ante aciem adversus Barbaros impios dimicare. Antiqua innovantur Christi virtute miracula, five in Machabæorum libris, five in aliis enarrata, cum pro fidelibus visis sunt caelitus missi milites decerare, fugare hostes, insequillos, & insignem victoriam suis parare. Quomodo autem tam grandia ista divina virtute fieri congerie, ex Tudenfi tem gestam in compendium redigente sic reddimus: Cum, inquit, Ramirus regnare cepisset, miserunt ad illum Saraceni, ut daret eis annuatim quinquaginta puellas nobiles, quas sibi in matrimonium copularent, & quinquaginta de plebe, ut ad solatium essent illis, sicut olim fecerat Rex Mauregatus. Rex autem Ramirus, cum hæc audisset, iratus est valde propter stuprum, & sacrilegium puellarum. Et congregato exercitu magno terram Mauroorum hostiliter invasit, & cuncta, quæ in agris villis, & agris reperit usque ad Nazaram, ferro, flammaque vastavit. Saraceni verò multitudinem valida congregata, ei bellum intulerunt in loco, qui vocatur Albella. Exercitus autem Regis Ramiri paulatim cepit terga præbere, usque dum pervenit ad Collem, qui Calbillum vocabatur. Clausit non obscurissima diem; & illico omnes Christiani congregati sunt: totam noctem cum lachrymis, & orationibus peragens. Rex autem Ramirus aliquantulum dormire cepit, & apparet ei Jacobus Apostolus dicit illi: Dominus meus Jesus Christus alias Provincias alii fratribus nostris Hispaniam, Hispaniam totam meæ tutela deputavit, atque mea munivisti protectione. Post hæc Apostolus manu sua manu Regis adstringens dixit illi: Confortare, & esto robustus: ego enim sum Jacobus Apostolus Christi; & venio in auxilium tibi: & superabis manè auxilio Dei Saracenos, à quo obsessus es, hanc innumerabilem multitudinem: multi tamen ex tuis, quibus jam parata est æterna requies supra, in isto prælio coronam meritò susceperunt. Er ne dubites super hoc, videbis me in equo albo deferentem maximum vexillum album. Summo igitur mane, facta peccatorum vestrorum confessione, & accepta corporis, & sanguinis Domini communione, armata manū non dubites invadere castra Barbarorum, nomen Domini invocantes: pro certo enim noveris eos in ore gladii ruituros. Quibus dictis Apostolus discessit. Rex autem Ramirus ad se reversus vocatis ad se Episcopis, Abbatibus, & Magnatibus, eis reulit visionem. Qui gratias agentes Deo, fecerunt ut sibi fuerat præceptum, & bellum barbaris intulerunt. Sanctus autem Jacobus apparuit, sicut promiserat, Christianos animando ad pugnam, & Saracenos fortiter feriendo. Christiani autem, ut viderunt B. Jacobum, in Domino roborati, ceperunt magnis vocibus, concedendo gladiis Saracenos, clamare, dicens: Adjuva nos, Deus, & S. Jacobe. Tunc victi Saraceni fugerunt, & castra sunt ex illis fere septuaginta milia, & in castra reverit est exercitus cum magna gloria. Addit Vasius: ab eò tempore receptum est Hispanis in præliis omnibus, præcipue si cum infidelibus, ac paganis res est, Dei, ac Divi Jacobi numen implorare, quod ipsis pro militari essera est. Ramirus, ne ingratus esset Apostolo pro tam insigni beneficio, de communi Praefulum, ac nobilium consilio statuit, ut pro singulis annis viginti certa tritici mensura, qua in solvendis primitiis utuntur, & de singulis vini modis, altera vini singulis annis D. Jacobi solveretur. Quod hodie quoque nonnullis in locis solvitur, & votum appellatur, idque verè: nam communi Regis, præfidum, magnatum, ac plebis consensu perpetuo votum est, cum dirisissimis execrationibus, si quis in posterum violaret. Ex Luca Tudenfi in Chronico Baron. tom. 10. an. Dom. 844. 15. Joan. Vas. de Teus Chron. an. Dom. 845. Roder. Tolet. lib. 4. rerum Hisp. cap. 13.

Magnus Fernandus Castellæ, & Legionis Rex optimus Princeps fuit, & valde bellicosus: Conimbriam in Portugallia ab Arabibus occupatam, Sancto Jacobo visibiliter apparente, obtinuit, & majorem Portugalliam partem suæ ditioni subiecit. Nam (ut ait Luca Tudenfi) dum hic Fernandus eandem civitatem Conimbria à Madris detentam obsideret, accidit, quemdam Episcopum Graecum nomine Theofanum limina Sancti Jacobi visitasse. Et cum, multis referentibus, audivit gloriosum Apostolum Jacobum, ut militem sæpe visum fuisse auxilia Christianis deferentem, deridens; Nolite, inquit, Apostolum vocare militem, sed pastorem, aut piscatorem. Dum igitur ea nocte dormire, apparuit ei Sanctus

Jacobus, dicens: Noli, Hostiane, dicere me non fore militem contra Christi persecutores: quod ut pro explorato habeas, ecce jam equitaturus auxilium Regi Fernando, qui per septem annos obsedit Conimbriam, & ut is certior, conspice claves, quibus cras hora tertia aperiam portas civitatis Christianis. Qua revelatione perterritus factus manè Canonice Ecclesiæ Compostellanæ revelavit, & comperit est ita evenisse. Lucas Tudenfi in Chronico Mundi. Rodericus Sanctius hist. Hisp. par. 3. cap. 26. Roder. Tolet. lib. 6. de rebus Hispan. cap. 11. Baron. tom. 11. anno Domini 1040. 2.

Theodelinda Regina, Basilicam S. JOANNIS Baptistæ in Modocia construxit pro se, & viro suo, & pro filiis, & filiabus, & cunctis Longobardis ad Dominum: & illic venerunt inter se unanimiter majores natu cum Rege suo, una cum Theodelinda Regina dicentes: Si S. Joannes pro nobis interpellator sit apud Dominum Deum nostrum Jesum Christum, nos omnes unanimes pollicemur illi, omni anno in die nativitate suæ, hoc est, octavo Kalendas Julii, de nostris facultatibus transfusuros honorificè ad oculatum ejus, ut per illum interpellationem habeamus juvenam Domini nostri Jesu Christi, tam in bello, quam in aliis locis omnibus, quocumque ituri sumus. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum ceperunt invocare Sanctum Joannem, ut illis præberet auxilium in virtute Domini nostri Jesu Christi, & illi omnes permanerunt illasi, victoresque extiterunt super omnes adversarios suos. Locus autem ille supra Mediolanum duodecim millibus est, quem Regina dedicandum curavit, multisque ornamentis auri, & argenti mirifice decoravit, prædixitque ditavit; familiaque, & possessiones multas eidem loco addidit, in honorem S. Joannis Baptistæ. Dicamus assertione Scripturæ Theodelinda Regine. Offerit gloriosissima Theodelinda Regina una cum filio suo Aldavalo Rege S. Joanni patrono suo de dono Dei, & de dotibus, chartularum suæ donationis, quam in suorum presentia scribere fecit. Si quis quolibet tempore hanc restem voluntatis suæ concupierit in judicii extremi diei cum Juda proditore damnetur. Ordinato vero ejus talis fuit. De rebus S. Joannis nullo modo debet aliquis intronitare, nisi tantum Sacerdotes, qui ibi deservunt die, ac nocte, tantumque famuli, qui ibi subiecti sunt, ut communiter debeant vivere. Paul. Diac. lib. 4. cap. 7. de gesti. Longob. in veter. cap. 22. apud Baron. tom. 8. an. 536.

Thomas Bozjus refert, quod cum Mahometes obsidisset olim Rhodum, & Solymannus per suos duces Melitam Rhodiorem militum modo sedem, visus quidam sicin aere, qui Turcas stricto gladio minitabundus ab ingressu Rhodi, & ingressu oppidi S. Michaelis in Melita repulerit; & JOANNES G Baptistam militum patronus creditur is fuisse: Thom. Bozjus de sign. Eccl. lib. 17. cap. 7.

Cum inter Anglos, & Scotos instructa esset utrinque ad dimicandum acies, inque ea aut vincendum, aut moriendum fortiter, & honestè, cunctis in manifesto discrimine ad religionem convertis, opemque à Christo religiosi preceantibus petentibus, completa pia vota sunt audita. Hungus Pictorum Rex D. ANDREAM, in cujus Pictica, Scoticæ; gens erat tutela, frequentibus suspiriis, lachrymisque, ut peculiaribus suis populis, ne tam impis Anglorum armis in exitum adducerentur, auxiliari foret, est præcaus. Soluta Regi intempesta nocte in soporem extemplo adflans Apostolus, justit alicuiori esset animo, nec hostium multitudinem terretur, plurimamque spem in divina locaret opem fore ut gloriosam de Anglis postera die assequeretur victoriam. Mirum scribitur, tunc accidisse supra Pictorum castra, lucidam calo apparuisse Crucem, illius instar, qua Apostolus Andreas pro Christi nomine supplicio olim erat affectus: hanc H que Apollolum ipsi Regi ostendisse, addidisseque ostentum ante partam victoriam haud ego defuturum. Exspectans Rex milites jam tum lucentem Crucem intempesta nocte admirans, edocet, quam fortunam D. Andreas fuisse, suoque exercitui fuisse pollicitus: per quietem hortatus, prima luce alacres hostes pugna adorirentur numine sibi propitio, & adverso hostibus: eoque eorum multitudinem minime timendam. Sequuta Regis verba gratia omnium vociferatio, quam hostes audientes (nam hi noctem totam in armis vociferabantur) lucidam simul conspicati Crucem, quidpiam mali portento tali sibi præsentantes ingenti pavore sunt percussi. Sub primam lucem Hungus educit castris militibus, instructisque copiis, signum cum hostibus manus conferendi dedit; alicui voce inclamans, divum Andream manifestè auxiliarem adesse,

F